



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad  
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo  
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

Formula licentia celebrandi in Ecclesiis Monialiu[m] pro Cappellanis  
Mercenarijs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10502**

Formula licentia celebrandi in Ecclesiis Monialium pro Capellis mercenarijs.

CAROLVS &c. Dilecto nobis in Christo Presbytero N. salutem in Domino. Cum exposueris, te, neq; Ecclesiastici alicuius beneficij quod obtineas, neque Parochialis curæ munere, neque legati, alteriusve obligatio- nis causa, vsquam in villa Ecclesia, vbi Missæ sacram facias, adiunctum tene- ri; cumque per testificationes nobis fa- factas cognoverimus, te vita honestate, moribusque probatis esse: nos tibi Ca- pellano Monasterij S. N. delecto, cogni- ta per examen literarum intelligentia, & sacrarum ceremoniarum peritia tua, his nostris literis facultatem damus, su- scipiendi munus Missæ sacram faciendi in Ecclesia exteriori eorum Monialium, per hebdomadam diebus . . .

Hanc verò facultatem tibi concedi- mus, seruatis conditionibus infra præ- scriptis.

Quæ de Missæ sacro ritè faciendo Mis- salis rubricis, prouincialibus ac diœce- sanis Concilijs, præsertim Prouinciali primo, editisque instructionibus decre- ta sunt, diligenter, integreque seruabis.

Decentem habitum clericalem, & co- ronam, ad præscriptum Conciliorum, vbiique semper deferes.

Decreta, & ordinationes, etiam vi- sitationis Apostolicæ, & præsertim non colloquendi cum Monialibus, & minus illis scribendi, neque literas ab illis re- cipiendo, nec munera ab eis accipiendo, aut eis dandi, neque eis absque speciali licentia in quavis alia re deseruendi, & alia non solum Capellanis Monialium, sed etiam alijs clericis secularibus & regularibus respectu Monialium præ- scripta exacte seruabis, sub pena in Edictis nostris contenta, & maiori ar- bitrio nostro.

Pro eleemosina nihil amplius quouis prætextu ob huiusmodi Missæ sacram faciendi munus hac facultate nostra su- sceptum percipies, quam librar. . . . summan.

Eamque non nisi cum mandato syn- graphave eius, cui hanc curam dederit-

mus, sigillatum exiges.

Diebus singulis supra præfinitis suscep- ptum Missæ sacram faciendi munus præ- stabis; nec verò alibi ijs ipsis diebus Missæ sacram facias, etiam si illius fa- ciendi munus nō suscipias; nisi aliquan- do, de illius cui id curæ commisérimus, consensu, in locum tuum, ob legitimum impedimentum quo distineras, Sacer- dotem alium antea substitueris, qui pro munericā te suscepti ratione, quod ipse debes, id omne in Ecclesia præstet.

Missæ sacram ne facias sine ministro clericali habitu induito, eoque decenti, ad præscriptum nostrarum Constitu- tionum.

Stata hora, quam deputatus noster pro temporis ratione præscriperit, Mis- sae sacram facies.

In libro, Missis quæ celebrantur in singulos dies annotandis cōstituto, ma- nu tua singulis item diebus quibus cele- brabis, subscribes.

Has autē nostras literas tibi ad . . . tantum suffragari volumus. Dat.

Formula licentia celebrandi in Ecclesiis Monialium ex deuotione.

CAROLVS &c. Dilecto nobis in Christo N. salutem in Domino. Cum fide dignorum testimonio, te vita honestate, moribusque probatis esse co- gnoverimus; Nos tibi his nostris lite- ris facultatem damus, Missæ sacrificium per hebdomadā diebus singulis ex tua deuotione faciendi in Ecclesia exteriori Monialium S. N. seruatis tamen con- ditionibus in frascriptis.

Quæ de Missæ sacro ritè faciendo Mis- salis rubricis, Prouincialibus, & Diœce- sanis Concilijs, præsertim Prouinciali primo, editisque instructionibus decre- ta sunt, diligenter integreque seruabi- sis.

Decentem habitum clericalem, & co- ronam, ad præscriptum Conciliorum vbiique semper deferes.

Decreta, & ordinationes, etiam vi- sitationis Apostolicæ, & præsertim non colloquendi cum Monialibus, & minus illis scribendi, neque ab illis literas re- cipiendo, nec munera ab eis accipiendo,

aut